



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 9. Quid apud Iudæos, Ephod, Sacerdotale, stola hieratica, epomis,  
diplois, Rationale, Vrim & Thummim fuerint, in quibus Dominum  
consulebant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

sunt à Deo nobis data. Sed ita est, etiam ipsi  
suis pijs libris, quibus nos Deus vult uti, dia-  
bolus vult abuti.

## §. IX.

*Quid, apud Iudeos, Ephod, Sacerdotale, stola hieratica, epomis, diplois, Rationale, Vrim & Thūmim fuerint, in quibus Dominum consulebant?*

Quod etiam facit in speculis. Constat è  
S. Scriptura, fuisse quendam occultorum  
Dei consiliorum iudiciorūque ac prophe-  
tiæ modum, in applicatione *Ephod*, quod  
vel linteum erat, atque etiam minoribus  
ordinibus concessum, ut puero Samueli; vel  
1. Reg. 2. *Sacerdotale*, quod & *superhumeralis* diceba-  
tur, auro & trium colorum varietate con-  
Vide Ex- spicuum à Iosepho *stola hieratica, epomis, &*  
od. 28. *diplois*, vocatum. Huic aureis catenulis ap-  
pensum fuit *pectorale*, sic dictum, quia in  
pectus, propendebat, alio nomine etiam  
Exod. 28. *Rationale, Rationale iudicij, & iudicium filio-*  
15. & 30. *rum Israël*, itémque *iudicium Vrim* nuncu-  
Num. 27. patum. *Rationale* quidem, quia, more ani-  
21. malis ratione præditi, ratiocinabatur: *Ra-*  
*tionale autem iudicij*, quia diuinæ litteræ so-  
lent id, quod quisque facere debet, siue cu-  
ius.

iusque officium, *iudicium* appellare: *iudicium* quoque *filiorum Israël*, quia sacerdos rationali indutus, Deo hominum dubia, desideria, negotiaue proponebat: Deus vero, per *Rationale* significabat hominibus, quid fieri vellet, & quis rei successus futurus esset. Vnde idem *Rationale*, seu gemmæ illius duodecim *Vrim & Thummim*, hoc est, *manifestatio & veritas* rerum futurarū dici consueuerunt. Idcirco legimus: *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem*. Hoc *Rationale*, & *Ephod*, cum alijs vestimentis sacerdotalibus induti sacerdotes, post debitas preces, viua voce, ea quæ intelligere cupiebant, proposuerunt; quod dicebant, *applicare Ephod, & consulere Dominum*. Tum, vt tradit Iosephus, si Deus quidpiam suadere aut approbare volebat, externo atq; inusitato quodam lapidum splendore, internaque luce menti sacerdotis infusa, respondebat. Quod etiam, in Ecclesiasticis historijs legimus, contigisse. Rem memoratu dignissimam ipsis verbis D. Gregorij Archiepiscopi Turonensis referam.

Prou. 1. 3.  
c. 1, v. 9.

Exod. 23.  
17.

1. Reg. 13.  
9.  
Ioseph. 1.  
3. antiq.  
c. 9.

